



**Bellum Sacrum Ecclesiæ Militantis Contra Turcum
Communem Hostem Christianorum**

**Vaux, Léonard de
Leodii, 1685**

II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64991](#)

cet : Paschalis II. Gelasius II. Calixtus II. Lucius II. Eugenius III. Alexander III. Lucius III. Urbanus III. Gregorius VIII. Clemens III. Cælestinus III. Innocentius III. Honorius III. Gregorius IX. Innocentius IV. Eugenius IV. Nicolaus V. Calixtus III. Pius II. Paulus II. Sixtus IV. Innocentius VIII. Leo X. Adrianus VI. Gregorius X. Paulus III. Pius IV. Pius. V. Gregorius XIII. Innocentius X. Clemens IX. denique Innocentius XI. Qui zelo prædecessorum suorum accensus, clangore Buccinæ Apostolicæ, omnes Christianos Principes, ad Bellum Sacrum convocat, & modis omnibus urget, & stimulat.

II.

Plurimi Cardinales, Episcopi, Ecclesiastici, Bellum Sacrum promovere conati sunt, inter quos: Julianus Cæsarinus, Bessarion, Raterus, Rodericus Borgia, Oliverius Carafa, Cardinales S. R. E. & alii. Ex Episcopis Ademarus Podiensis, Legatus Apostolicus, Bernardus Archiepisco-

Ca-
III-
anus
III.
Ho-
cen-
us V.
Six-
co X.
aulus
orius
IX.
zelo
nsus,
om-
ellum
nibus

pus Toletanus, Willelmus Archiepiscopus Tyri, Otto Frisingensis Archiepiscopus, Simeon Patriarcha Hierosolymitanus; qui supplices litteras scripsit ad Urbanum II. Daibertus Patriarcha Hierosolymitanus, Ludovicus Patriarcha Aquileiensis, aliquique multi.

Ex viris illustribus Ecclesiasticis, Petrus Eremita prodromus Belli Sacri, missus ab Urbano II. per Europam ut Bellum Sacrum, ejus nomine prædicaret: Sanctus Bernardus, sui sculi Thaumaturgus: Joannes Capistranus Minorita, aliquique plurimi; quibus addenda Sancta Virgo Catharina Senensis, quæ summos Pontifices Gregorium XI. & Urbanum VI. instanter ad Bellum Sacrum excitavit.

III.

Heroës, Principes, Reges, & Imperatores Christiani, qui pro gloriam Crucis militaverunt contra infideles, plurimi sunt; paucos feligo ex illustrioribus.

Georgius Castriotus, dictus à Turcis Scanderbegius, seu Alexander

Aa 3